



**R**egeste : Le duc Leopold I. reconnaît avoir pris à son service pour 200 marcs d'argent le comte Pierre de Gruyère et le noble Guillaume, seigneur de Montagny, pour le suivre dans une expédition en Italie avec 8 chevaux et deux arbalétriers, bien équipés et bien armés; pour leur assurer ces 200 marcs, il leur abandonne d'abord les droits de douane et les impôts d'immeubles de Fribourg, en second lieu 60 livres de deniers de Lausanne qui lui sont dues annuellement par les prêteurs Manuel Thome, Albertinus Thome, Georgius Asinarius et Menfriodus Alferius d'Asti et leurs collègues de Fribourg. Fribourg, 7 Novembre 1310. Document sur parchemin. Dimensions : 19,5 × 33 cm. Imprimé dans le *Recueil diplomatique du canton de Fribourg*, II, 49, N° 86. Au verso une main plus récente a écrit : *Les vendes et li Lombars de Fribor*; une autre main a écrit : *Versatzung des zols zu Fryburg durch ein Hertzogen von Österrych. 1310.* — Le sceau de cire grisâtre est attaché par une bande de parchemin; il est encore bien conservé, seule l'inscription a souffert.

Cursive gothique. Les lettres sont tracées couramment et le plus souvent liées les unes aux autres. Les hastes supérieures de **b**, **d**, **h**, **l** ont des boucles fermées (*Luppoldus, nobiles*, 1; *Wilhelmum*, 2). Les noms propres et les mots désignant une dignité commencent par une majuscule ou par une minuscule agrandie; beaucoup d'autres mots aussi sont abitrairement écrits avec de majuscules (*octo, balistaris*, 2; *ducentis*, 3; *quoquomodo, et*, 6; *robur*, 23).

Lettres isolées. **a** la plupart du temps a une double panse; dans les liaisons *ca* et *ta* il a la forme cursive (*armatura*, 3; *predicta*, 7). **d** a la forme cursive ronde, que nous avons rencontrée dans le registre de Frédéric II. (pl. 92). Voir **g** (*gratia*, 1). La boucle de **h** descend fort au-dessous de la ligne (*Wilhelmum*, 2). La plupart du temps **l** est surmonté d'un trait (1, 2). **o** est arrondi et souvent très petit (1); **oe**, dans les mots allemands, s'exprime par **o** avec un petit **o** suscrit (*Oechtlandie*, 4, 24). L'épaule de **r** est reliée au trait principal par un trait fin, partant de la ligne (1). A la fin des mots on trouve le plus souvent **s** rond, quelquefois pourtant on rencontre encore **s** long (*servitores*, 3); **s** rond a la forme cursive que nous avons vue pl. 92. Le bas du trait vertical de **t** est ou droit ou recourbé; dans ce dernier cas, souvent on ne peut distinguer le **t** du **c** (*presentium tenore profitemur*, 1;

*italie*, 2; *ducentis, aut*, 4). Au commencement des mots **u** a la plupart du temps la forme pointue, au milieu du mot, au contraire, il prend la forme ronde (*viros*, 1; *ut*, 2; *langravius*, 1; voir des exceptions dans *vel*, 6; *ut*, 10. 11. 14); à remarquer que la plupart du temps **v** est arrondi à la base, comme dans l'écriture latine moderne; le trait qui commence le **v** forme souvent une boucle (*universos*, 5; *venire*, 22). **x** est fait d'un seul coup de plume (*dux*, 1; *sexaginta*, 6).

Abréviations nombreuses. Le signe commun d'abréviation consiste d'ordinaire en un simple trait horizontal, légèrement ondulé (*gratia*, 1); souvent pourtant quand il est relié à une lettre du mot, il a un long trait de liaison (*cum*, 3; *fratribus*, 6; *pecunia*, 8). L'a suscrit est fermé par un trait (2). La note tironienne pour *et* porte au milieu un petit trait (2). Dans l'abréviation d'*ione* et dans les finales semblables, il n'y a pas seulement **n** mais **i** aussi qui soit supprimé (*obligatione*, 7. 10; *solutionibus*, 13; voir une exception, ligne 19, où **i** seulement est supprimé); à comparer pl. 87, 6. 12; pl. 90, 4. 25; pl. 92, 23; pl. 96a, 5, où **n** seulement est supprimé; pl. 96b, 11, et pl. 97a, 4. 19 **i** seul est supprimé.

Dans la forme du **t** dans *octo* (2) et *pretactas* (15) on voit encore la trace de l'ancienne ligature *ct*.

Nos Luppoldus, Dei gratia dux Austrie et Stirie, langravius Alsacie, ac de Habsburg et de Kyburg comes, presentium tenore profitemur, quod nos nobiles viros Petrum comitem Gruerie et Wilhelmum dominum Montaniaci, ut nobiscum ad partes Ytalie se transferant cum octo dextrariis et duobus balistariis cum armatis et armatura decenter munitis, nostros elegimus et acquisivimus servitores pro ducentis marchis argenti boni et legalis, ponderis Friburgi Oechtlandie; pro quibus ducentis marchis argenti iamdictis obligamus et deputamus eisdem Petro et Wilhelmo et eorum heredibus, quamdiu eis a nobis aut a nostris fratribus seu heredibus ipse ducente marche persolite non fuerint, totum theloneum dicti Friburgi; universosque et singulos census casalium dicti loci Friburgi nobis et fratribus nostris quoquomodo pertinentes; et sexaginta libras denariorum monete Lausannensis annuatim dandas et persolvendas eisdem Petro et Wilhelmo vel eorum heredibus ex-nunc annis singulis, predicta obligatione durante, per Manuelem Thome, Albertinum Thome, Georgium Asinarium et Menfriodum Alferium, cives et mercatores Astenses, suosque collegas in dicto Friburgo commorantes, de pecunia quam iidem mercatores nobis annuatim dare tenentur, aut per alios qui in dicto Friburgo post eosdem mercatores imposterum prestum seu mutuam exercent. Quibus merchantoribus predictis sociisque ipsorum sive aliis prestum exercentibus mandamus et precipimus per presentes, ut ipsi, dicta obligatione durante, non expectato alio mandato, prefatis Petro et Wilhelmo et eorum heredibus dictas sexaginta libras ex parte nostri annuatim, ut predictum est, expediant et persolvant. De quibus sexaginta libris annualibus iamdictis pro tempore, per quod<sup>1)</sup> iidem mercatores seu alii prestum exercentes eas eisdem Petro et Wilhelmo vel eorum heredibus persolvent, ipsos mercatores sociosque suos ac eorum heredes et alios prestum exercentes pro nobis et nostris fratribus et heredibus, in perpetuum absolvimus et quitamus, ac eisdem super solutionibus, que per ipsos predictis Petro et Wilhelmo et eorum heredibus fient, promittimus pro nobis et nostris heredibus esse boni et legitimi werentes et propheensores erga fratres nostros et heredes eorumdem. Volentes et concedentes pro nobis nostrisque fratribus et heredibus, ut prenominati Petrus [et] Wilhelmus et eorum heredes ad opus sui exnunc semper et singulis annis dictum theloneum censusque predictos et sexaginta libras annuales pretactas integre, libere et pacifice habean, percipiant et recuperent, quamdiu eis a nobis aut a nostris fratribus seu heredibus prescripte ducente marche non fuerint integre persolite, dicta perceptione thelonei censuumque et sexaginta librarum annualium iamdictarum in sortem aliquam minime computanda. Dantes pro nobis nostrisque fratribus et heredibus pura donatione et irrevocabili eisdem nostris servitoribus Petro et Wilhelmo, tamquam bene meritis, et eorum heredibus, quicquid ipsi per se aut per aliquem alium, ipsorum nomine, pendente obligatione prehabita, ex theloneo, censibus et sexaginta libris annualibus predictis percipient ulla forma, predictis tamen ducentis marchis argenti non propterea decrescentibus ullo modo. Promittimus etiam pro nobis et nostris heredibus bona fide dictis Petro et Wilhelmo et eorum heredibus, quotiescunque eis et cuilibet ipsorum necesse fuerit, dictam obligationem et omnia predicta manutenere, defendere ac eis super predictis omnibus et singulis erga fratres meos et alios quoscunque bonam et firmam warandiam ferre, et contra predicta vel subscripta vel aliquod eorumdem modo aliquo non venire nec consentire alicui contravenire volenti. In quorum predictorum omnium testimonium et firmum robur tradi iussimus eisdem Petro et Wilhelmo et eorum heredibus presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam. Datum et actum Friburgi Oechtlandie VII<sup>o</sup> idus Novembris, anno Domini millesimo tricentesimo decimo.

<sup>1)</sup> Ms quot.